

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5499

Auteur(s) : Philippe IV le Bel, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Coutances (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1287, juillet

Lieu d'émission : Paris

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Philippe [IV le Bel] ratifie l'amortissement fait par le bailli du Cotentin des rentes acquises par le chapitre dans le fief de Varehais sur les paroisses d'Huberville et de Valognes. Ces rentes sont évaluées à environ dix livres tournois.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 310, p. 448-449.

Texte établi d'après a

Philippus, Dei gracia Francorum rex. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod, cum dilecti nostri capitulum Constanciensis ecclesie finaverunt cum baillivo nostro Constantini recipiente pro nobis super retinendis perpetuo sibi et ecclesie sue quibusdam acquisitis per Robertum quondam presbyterum de Hubertivilla in feodo quod fuit dictus Verrehais in parrochiis de Hubertivilla et de Valoniis, dicto capitulo a dicto presbytero datis que sunt hec, videlicet supra Sansonem le Vezie et suos participes, decem et octo solidi, duo denarii, duo panes de precio quatuor denariorum et duo capones ; item supra heredes Sansonis le Francheiz, sexdecim solidi et duo denarii ; item supra Ricardum Vimont, tredecim solidi ; item supra heres Hamelin Bataille, tres solidi et quatuor denarii ; item supra Johannem de Sancto Marculfo militem, quatuor solidi et novem denarii per manum heredum Nicholai Vimont ; item supra Bertrandum de Tamervilla, tres solidi et octo denarii ; item supra Guillelmum Godart de Montisburgo, duo solidi, quatuor denarii et obolus ; item supra Nicholaum filium magistri, duo solidi ; item supra Nicholaum le Vezie, decem solidi, unus denarius, duo panes de quatuor denariis et due galline ; item supra Marichoule et le Goupil, decem solidi et duo denarii ; item supra Ricardum Godinelle, duodecim denarii ; item supra heredes Vincentii Torel, quinque solidi et septem denarii ; item supra Radulphum le Praier, tres solidi et octo denarii ; item supra Symonem le Praier, unus boissellus frumenti et duodecim denarii ; item supra heredes Guillelmi le Praier, tres solidi ; item supra heredes Petri Georgii, duo solidi et quinque denarii ; item supra Ganotum Marescallum, Guillelmum ejus fratrem, et suos participes, quinque solidi et sex denarii ; item supra heredes Rogeri le Vexie, duo solidi ; item supra Petrum Garini et suos participes, tres boisselli frumenti ; item supra Ricardum le Vexie et Nicholaum, ejus fratrem, et suos participes, unum quarterium frumenti ; item supra Nicholaum le Norri, unus bussellus frumenti ; item supra Simonem le Vexie, unum quarterium frumenti et dimidius bussellus ; item supra Gaufridum Sansonis, sex busselli frumenti ; item supra Clementem Sansonis, tres boisselli frumenti, una gallina et quinque ova ; item supra Nicholaum Vauquelin, septem bosselli frumenti, quinque panes de decem

denariis, quinque capones, una gallina et quinque ova ; item supra heredes Hamelin Sorel, tres boisselli frumenti ; item supra Ricardum Lauri duo boisselli, duo denarii, due galline et viginti ova ; item supra Guillelmum de Insula, pro maritagio uxoris sue, duo boisselli frumenti ; item supra Nicolaum de Monte, duo quarteria frumenti et dimidius boissellus, duo panes de duobus denariis, due galline et viginti ova ; item super Gregorium Bataille, tres boisselli frumenti, unus panis et una galina ; item supra Ricardum Vimou, septem boisselli frumenti, duo panes et due galline ; item supra Nicolaum Torel, duo boisselli frumenti ; item supra Gaufridum le Mareschal de Valoniis et Guillelmum, ejus fratrem, tres boisselli frumenti, unus denarius et una galina. Que omnia estimata fuerunt circiter decem libre tur. annui redditus. Nos dictam finationem ratam et gratam habentes volumus et concedimus, quantum in nobis est, quod dictum capitulum et ecclesia Constanciensis dicta acquisita tenere possint in perpetuum et pacifice possidere, sine coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, salvo in aliis jure nostro et jure quolibet alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius, anno Domini M° CC° octogesimo septimo, mense julio.